



Mobiliſimo et Ampliſimo Viro,
D. Constantino Huygens,
Iohannes Smith, S. D. PL.

Excitat inspectoſt ſtudium, certe in re antiquaria, expertis loquiſt; poſtquam enim tu, Vir ſumme, tanti ea feciſti Romanorum monumenta, quæ ego ſedecim hie annis congeſti, ut Princepem illuſtriss. eorum viſendorum deſiderio accenderis; Eant nunc per me licet, illiterati imperitiq; rerum Aſtimatores, ſumptuq; et operam in iſtis a me poſitari rideant, unius Huygeniſ; unus Princeps, ille Princepum decus, mihi hie non ad exciſationem modo, ſed et ſumma inſtituti mei laudem ſatiſ eſt, qui iſtas reliquias non perfumitorie adſpicere, ſed inſpectare ſiuit et cognoscere, et tractare benignè dignatus eſt.

In coacervatione adhuc laboravi, de alienatione nihil iſtatui, moſt stetit animis mihi hec in teora ſervare et auſgere: Ita nihil unquam iſtarum, certe nihil quod tantilli momenti eſet, vel cuius geminum et pulchrius exemplar non haberem, venale hie vidi, quod non emerim. Nihil ſemel emptum ex eo ordine dimiſi. Et quānquam pauiatim crescente numero ſentirem me iſtis ſumptibus non ſemper ſufficiūrum, nunquam tamen pecuniosi rerum iſtarum licitoſtores, tantum apud me potuerunt, ut ſeriam de venditione covitationem unquam firſceperim. Nunc tamen laboris mei fructum tam magnum mihi percepiſſe videor, qui altius ire non poſſit, meaq; ſive ſimplicitatem, ſive ruficitatem danno, qui iſta omnia Principi poſſidenda coram non obtuli. Apud quem enim poſſent circa Batavorum Oppidum inventa deponi aptius, quam in Batavis apud illum penes quem hodie, ut alterum Civilem, rei Batave ſumma et arbitrium eſt; apud quem mihi etiam eorum, ſi forte uisus eſet, recognoſcendorum maneret copia? Quando poſuiffent oportuniſſis, quam cum iſta

Hug. 37.

cum ista presens spectabat atq[ue] collaudabat? Occasioni ut
incogitania defuerim, non committam tamen prudens ut
officio desim. Tu vir Nobiliss[us] Illustriss[us] Principi a
memoria es, et unus forte in hoc genere consultor. Non
oravaberis pro humanitate tua mihi sic esse paratus vel
patronus: Refer Illustriss[us] Principi, me quā par est submissione
supplementum meum antiquariam quantum ea est Celsitudini
eius offerre. Si tamen eam istiusmodi esse censes, quā
Princeps possit delectari. Ego ut nosti intra trius oppidi
Pomeria districtūq[ue] suburbicariorū me precipue conscripsi,
neq[ue] tam de numero, quā delecti laboravi, supplexq[ue] h[oc]
ideo angustior est; sed sperem me brevi tempore eam non
panis numeris aliunde posse augere. Posset Batavorum
oppidum cum vicinā Coloniā Trajanā, nostra h[oc] cū
Wissenia conjungi. Et fallor aut nostra h[oc] ciuitatis alie
juncta, eam non parum dabit antiquorem et ornatiorem.

De Wissenia interea serio ago et agam non unā via,
ut aut indicium impetrem, vel ex spectatore aliquo rei
antiquarie perito intelligam quid de ipsis monumentis sit.
Alii qui in arce ista fuerunt, tam diversa de his narrant,
ut nihil possim certi dare. Est qui Historiam Elvensem
Latine a prima antiquitate paratam habet, illum a discussi
one iterum per litteras monumentorum nomine sollicitavi;
scribit se egipse cum Administratore Wisseni amico suo, et
porro operam datūrum, ut eorum descriptio ad me mittatur.
Quā primum certi aliquid erit quod de his numerem, cui
te mox certiorem faciam. Ita vale, Vir summe patre
bono et me in numero eorum habe qui genuinū tuū
admirantur. Scribebam Noviomagi, XVI. IXbris
• filiam. A° C1212 CXXXIII.

